

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1276 - 1277

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

von Vegersheim, her Hug Ripelin, her Petur Ripelin, her Walther Spender, her Lucas, her Reinbolt Stübenweg, her Niclavs von Kagenecke, her Otto Ripelin, her Johannes von Sarburg, her Colin, her Niclavs von Viukenwilre, her Hesso an den wassere und Niclavs dez Zornes sun der rat ze Strazburg.

5 *P aus Privatbesitz or. mb. c. sig. pend. delapso.*

259. Eberhardus de Entringen, Hermannus thesaurarius et Johannes cellerarius canonici ecclesie Argentinensis, arbitri a preposito decano et capitulo ecclesie Argentinensis electi,¹ arbitrando statuunt, quod ad prepositum de cetero pertinere debeat collatio officii scultecie in Lampertheim ita, quod super defectu, quemcunque capitulum per scultetum sustinebit, illud recursum habere debeat non ad scultetum sed ad prepositum. item ordinant, quod ecclesie de Gersheim et de Herloffheim jura patronatus ad prepositum perpetuo debeant pertinere. capellam vero de Scherwilre collationi capituli deputant; ecclesias vero de Lampertheim et de Phetensheim ac redditus decem agrorum in Lampertheim sitorum, qui vulgariter dicuntur Bütelacker, ad prebendas seu mense et usibus capituli cedere debere decernunt, sigilla sua appendentes. actum et datum anno domini 1277, feria sexta proxima post festum beati Michahelis archangeli. 1277 October 1.

M aus Melker Codex fol. 43. Eintrag von gleichzeitiger Hand.

260. *Bischof Konrad von Straßburg bittet den Ordensmeister der Dominikaner, den beabsichtigten Uebertritt seiner Nichte vom Kloster Klingenthal ins St. Marz-kloster in Straßburg genehmigen zu wollen. [1273—1277.]*

Religioso viro et discreto . . magistro ordinis² C[onradus] dei gracia episcopus Argentinensis cum recommendacione devota paratam ad beneplacita voluntatem. neptem habemus ex sorore in claustro Clingental Basiliensis diocesis apud sorores vestro ordini incorporacionis titulo consignatas, quam nobis karissimam, sicut natura edidit, ita et spiritualis gracia commendavit. unde inter hujus vite commoda potiora hoc superius collocabimus, si de vestra concessione nobis indulgebatur, quod de claustro, in quo est, Argentinam transferatur sororum sancti Marci, que se ad id devote offerunt et sincere, collegio socianda. jam ante dies hos per priorem provincialem propositum nostrum consequi sperabamus, sed priorissa et conventu predicto Clingental renitentibus, ut decebat, proficere minime poteramus. forsitan enim co-

¹ Vergl. die bezügliche Urkunde von 1277 September 30 i. UB. II, 41 nr. 62.

² In einem Schreiben an den Ordensmeister aus jener Zeit fol. 133 bittet der Convent von Steige um Aufnahme in den Orden und bemerkt dabei: militamus enim sub loci antistite, cujus jurisdictioni nos subicit jus commune. respiramus autem sub fratrum vestrorum conventus Argentinensis culmine, quibus nos commendat beneficium speciale. nam ab ipsis visitamur corrigimur reformamur auctoritate diocesanorum sibi in vicem succedentium ab annis circiter quinquaginta.